



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

6 Verum, si quis vnde numeret ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

uis pro tempore honestis, aut necessarijs, nunq̄ tamen, nisi numeretur aliquid disp̄sant. At si nihil attuleris, numeraue risue, indispensatus perpetuo maneas oportet.

Verum, si quis vnde numeret, habeat, iam nedum præsentes indulgentur harum constitutionum transgressiones, sed & in futurum impune, vt eas ipsas transgredi liceat, indulto permititur. Quo fit vt ansam inde accipient ij, cū quibus ita dispensatum est, peierandi, homicidia, adulteria, & similia flagitia perpetrandi, quando quilibet ex sacerdotum vulgo, absolutionem emptitiam virtute indulti his impartiri potest. Quæ malorum seges tota ex habendi libidine, aueriq̄ sacra fame, qua nunc Ecclesiasticorum nonnulli misere excruciantur, originem dicit.

DE PRAEDICATORIBVS INDVL GENTIARVM STATIONARIIS.

Et & aliud indulgentijs vendendis addictum hominum genus, quos Stationarios vulgo vocant, hi rusticorum plurimq̄ abutuntur simplicitate, dum omnes vias, villas, pagos, angiportus, omniaq̄ peragrant castella & oppidula, predicantes sancti cuiusp̄iam, Valentini puta, Hyperti, Cornelij, Anastasijue sanctimoniam, ac quantum ad rem familiaris addat, si quotannis hunc vel illum munusculo aliquo, quod eis Stationarijs scilicet in commodum cedat, demulces. Inscribentesq̄ dehinc simplices, sub sancti alicuius numen ac tutelam, promittentesq̄, vt hoc aut altero morborum genere vacaturus sit, qui eis annum censum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata sunt, vt simplices illi ad viuū vscq̄ exugantur. Nam primum hoc negocium a sancto Antonio cœptum, in innumera morborum genera, dehinc suevit dividici, ita vt vix supersit morbus nunc aliquis, cui Stationarij non & peculiarem Sanctum, tanq̄ tabernę vel negotiacioni præposuerint. Processitq̄ eo vscq̄ eius mali serpigo, vt pauperū ac simplicium illorum, Quæstuarij ac Stationarij

A ij